

Pra. 18. num. 23.
1759, 5

**DISSE^TRAT^O IN AVGVRALIS
DE
QVERELAE NVLLITATIS
ET APPELLATIONIS
CONIVNCTIONE**

P. 4179
QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
POTENTISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
G E O R G I O II.
MAGNAE BRITANNIAE, FRANCIAE ET HIBERNIAE REGE,
FIDEI DEFENSORE,
DVCE BRVNVICENSI ET LVNEBVRGENSI
S. R. I. ARCHITHESAVRARIO ET ELECTORE

AVCTORITATE INCLYTI ORDINIS IVRIDICI
PRAESIDE
IOANNE STEPHANO PÜTTERO D.
CONSILIARIO REGIO AVLICO ET PROFESSORE
IVRIS PVBLICI ORDINARIO
PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE
HONORIBVS RITE CONSEQUENDIS
PVBLICAE DISQVISITIONI SVBMITTIT
PETER SIMON
HAMBVRGENSIS.

D. xxx. IVN. C^ol*o*cc LVIII.
GOTTINGAE
EX OFFICINA SCHVLZIANA. Curante F. A. ROSENBSCH.



DISSESSATIO INAGARALIS
DE

CAEREA MILITATIS
ET APPELLATIONIS
CONVENTIONE

649

LECTOLO MAGNIFICENTISSIMA
HOTELISIMO PRINCIPI AD DOMINUM
DOMINO

G E O R G I O II

LORENTZIUS BRUNNUS HABENS
IDÆI DELINORUM
DAGE TURMAYENSI ET ENVERBI
CRIARCHISARUM ET TERRORUM

ACCESSIONE ET CONSTITUTIONE

JOHN STEPHANO PUTTERO D

NESTORIO AVEDO AVEDO ET TROZOR

YARIBRUTI ORIOVATI

MILITARVM VARRI
VIRO ILLVSTRI
AMPLISSIMO ET CONSULTISSIMO
IOANNI HENRICO
SIMON

I. V. D.

ET

REIPUBLICAE HAMBVRGENSIS
SENATORI DIGNISSIMO

PARENTI
SVMMA PIETATE ET OBSERVANTIA
NVMQVAM NON COLEND

DISSERTATIONEM HANC IN AVGVRalem
LEVE MVNVSCVLVM

GRATI PARITER ANIMI
ATQVE STVDIORVM ACADEMICORVM

SPECIMEN

CVM

LONGAEVAE PROSPERITATIS VOTO

QVO DECET

PIETATIS CVLTV

D. D. D.

PETER SIMON.



Dum de querelae nullitatis & appellationis
coniunctione dissertationem inauguralem
meditamus; thema adgredimur utilitatis in
praxi quotidiana plenum, a nemine, quod
sciamus, ex instituto huc usque tractatum,
nec legibus, nisi fallimur, satis definitum.
Quapropter quum e natura rei magis, quam
legum auctoritate nobis disputandum sit;
non erit, quod mireris, rem paullo altius a
nobis repeti, nec tam allegandis legibus au-
toritatibus ue*IC*torum, quam ipsis rerum ar-
gumentis nudaeque veritatis simplicitati nos
immorari; licet haud ingrati fateamur, exi-
mium praestitisse usum, quae doctissimi viri
seu de nullitate seu de aliis in genere huc
spectantibus argumentis scripsere.

Faa3

A

* In



In his praeter maiora Blasii **ALTIMARI**, ac Sebastiani **VANTII** de nullitatibus, atque Sigismundi **SCACCIAE** de appellationibus opera, praeferunt cum laude nominari merentur, (quae nec omnia recensuit nouissima bibliotheca **LIPENIANAE** curatissima alias editio,) haec quidem tantae molis opuscula, prout ordine chronologico se excipiunt, sequentia:

Henr. **COSELIVS** diss. *de nullitate sententiae*.
Viteb. 1654.

Ioh. Mart. **BRANDES** diss. *de nullo*. Rintel. 1658.
Enoch. **GLAESER** diss. *de nullitatibus sententiarum*. Helsingf. 1666.

Wilh. Hier. **BRÜCKNER** diss. *de nullitate processus sanabili & insanabili*. Ien. 1711.

Iust. Henn. **BOEHMER** diss. *de sententiis in rem iudicatam non transeuntibus*. Hal. 1713.

Imm. **WEBER** seu potius respondentis auctoris, magnifici nunc eiusque meritissimi reipublicae patriae consulis, Nic. **SCHVBACK** diss. *de licto per querelam nullitatis ad summa imperit dicasteria recursu in causis alias vel per prius legium vel per legem ab illorum iurisdictione exemptis, occasione priuilegii Hamburgenis de non appellando ab Imp. Carolo V. concessi, a Ferdinandi II. declarati & adacti & a Ferdinando III. confirmati*. Giess. 1725.

Conn. Wilh. **STRECKER** diss. *de sententia ipso iure nulla*. Erford. 1738.

Ioh. Fried. **WAHL** diss. *de vitio nullitatis processus iudicarii*. Giess. 1740.

Iac. Gottl. **SIEBER** *de nullitatis querela ex processus vitio orta praeferunt ad ius Brunsvico-Lunenburgicum commentatio*. Goetting. 1758. 4.

CAP. I.



CAP. I.
DE INSTANTIIS ET REMEDIIS
IN GENERE.

§. I.

Omnis rei iudicariae hic supremus finis est, ut *Finis rei* suum cuique tribuat; ita quidem pro maxima iudicariae omnium, quae est status ciuilis prae naturali, ut suum cuius- praerogativa, ut, quotiesquis ius in rem vel personam ciui- que tribua- tati subiectam contendit, quod alter negat, non ancipiatur. violentiae belliae fortuna, sed publica summi imperii auctoritate a iudiciis hanc in rem constitutis, auditis atque ponderatis vtriusque partis argumentis, sola veritate ac iustitia duce, causa cognoscatur, & sic dirempta lite, vbi opus, exsecutione decreta cogatur alter alte- ri, quod suum est, praestare.

A 2

§. II.

§. II.

pro veritate & iustitia, non pro lubitu. Vniuersa hac in re nec iudicis nec vel principis est, statuere pro arbitrio, quid praestandum vni ab altero sit, quidue non praestandum. Sed, nisi summum ius summani iniuriam esse velis, ea, quae iure cui competunt, nulla ciuili potestate ei adimi possunt. Adeoque quatenus de iure alicuius constat, hoc solum iudicis est, illud tueri, eumque, qui in perseguendo suo iure versatur, auxilio publico iuware, ut consequatur, quae ei debentur. Si vel minima in re iudex aliter pronunciat, quam quod verum, aequum, iustum est; semper falsum, iniquum, iniustum idem erit, si vel maxime iudicaria auctoritate id roboratum fuerit.

§. III.

Dubia autem et rite cognoscantur, At vero non semper, immo rarius fere, de iure alterutrius partis liquido constat, quandoquidem mox facti circumstantiae ab uno affirmatae, ab altero negatae occurrent, mox ipsa iura legum consuetudinum dubia sunt, mox an iura ista huic facto quadrent, disputatur. Quamobrem haec omnia, si res ita fert, sollerter disquiri, atque id, quod ius fasque est, iudicando definiti oportet.

§. IV.

variae dantur leges iudicariae. Quae ut rite &, quoad fieri potest, veritati ac iustitiae conuenienter siant, partim fora per quamque rem publicam distributa sunt, ut in sao quisque foro iudicetur, partim legibus definiuntur, quae in quavis causa tum intuitu personarum, quae iudicium constituant;

IHM

tum intuitu ordinis modique, quo ipsa cauſa cognoscatur atque dirimatur, obſeruanda ſit.

§. V.

Quodſi cuncta haec, vti ſas eſt, obſeruantur, ſen- *Quibus ob-*
tentia omnibus numeris absolute eſt, ea nempe, qua iu- *ſeruatis,*
dex competens, personis, quae ad iudicium pertinent, ſententia
rite constitutis, auditis atque ponderatis vtriusque par- *iusta eſt.*
tis & iuriſ & facti argumentis, eo ordine ac modo,
quem leges iudicariae praefribunt, veritati ac iuſtitiae
conuenienter definit, quid in cauſa in iudicium dedu-
cta iuriſ ſit.

§. VI.

Contra quandocumque iudex & qualitercumque de- *Sin ſecus;*
trimento vnius alteriusue litigatoris ſeu in iis, quae ad grauatis re-
ordinem iudicariū pertinent, ſeu in ipſa cauſa prin- *media con-*
cipali a legibus praefcriptis ſive generatim a tramite ve- *ceduntur,*
ri iuſtique aberrat; huic iniuriam ſeu grauamen infert.
Quod vt reparetur, iuſtitiae & rei publicae intereſt, plu-
res ordinari instantias, quarum altera post alteram adhuc
repetita cogitatione cauſae diſquiri poſſit, an recte iu-
dex egerit & iudicauerit, nec ne, & in quibus adeo iis,
qui iudicem contraius ſuum qualitercumque egiffe con-
tendunt, remedium quaerere liceat.

§. VII.

Eiusmodi remedii multifariam ordinari poſſunt, ſive in eo-
prouti vel eidem iudici cauſam modo de nouo cognoscendam foro
ſcendam relinquunt, eamque ſive ab iisdem plane per tractanda,
A 3 ſonis, ſive deuolu-

tinua ad instantis, siue noui forte referentis opera, alioue in senatu, *stantiam* siue ope transmissionis actorum retractandam, *vel causam ad aliud quoddam forum superius deuoluunt*; *veluti* quae posterior speciatim est appellationis natura, quum prioris generis, in foris speciatim Germanicis, varia alia sint remedia, *v. c. leuterationis, supplicationis, reuisionis* cet.

§. VIII.

Suprema tamen instantia est remedia, & quantuscumque horum fauor pro obtainenda vera iustitia sit; postremo tamen, nisi summo reipublicae detrimento velis lites immortales fieri, *supreme iudicatam aliquam instantiam oportet ultimam esse*. Quae cum civiliter modo tanta, quanta fieri potest, circumspectione orditer iustum netur, saluti publicae magis conuenit, vt vel unus alterue ciuium iure iniuriam ferat, quam vt nullus unquam litium finis & exitus sit. Adeoque tunc si vel maxime reuera iniquum iniustum sit iudicatum, salutis publicae ergo illud *civiliter iustum* habetur, quod vltimo tali loco iudicatum est.

* Egregie hanc in rem statuitur im Project des codicis Friedericiani Marchici part. 2. tit. 7. §. 8. „Ueber diese drei Instanzen soll keine weitere Instanz, folglich auch kein weiteres remedium, (auch nicht unter dem Prætext einer insanablen Nullität) verstattet, sondern die dritte Sentenz, wann sie auch reformatoria derer beyden vorliegen Sentenzen ist, schlechterdings pro iudicato gehalten, und nicht weiter gefragt werden, ob recht oder unrechte geurtheilet worden. Allermassen dem publico mehr daran gelegen, daß wann auch der verlehrende Thell vero

vermeynen sollte, daß ihm zu viel geschehe, eine parti-
culier-Sache darunter leide, als daß unter dem Prä-
text einer Nullität denen litiganten Gelegenheit gegeben
werde, durch Verstattung weiterer Instanzen den Pro-
cess zu verewigigen". Cui tamen omnino addenda erant,
qua porro in eadem sanctione occurruat, quorumque
effectus in quolibet iurepotio tribunali summe optabilis
est, scilicet verba: "In mehrerer Erwegung, da
wir nunmehr die drey instantes des Cammergerichts
und unser Tribunal mit solchen gelaherten und ehrlichen
Leuten besetzt haben, daß keine Vermuthung einer Un-
gerechtigkeit bei denselben statt finden kann, auch alle
Urtheile bei dem Cammergericht nunmehr mit ratio-
nibus auszufertigt werden.",

§. IX.

Eamdem ob caussam ipse usus remediorum, qui-
bus vna instantia post alteram adiri potest, non potest Aliis etiam
non circumscribi certo temporis spatio, quo nisi adhi- limitibus
beatur remedium, res iudicata irretractabilis fiat, & circumscri-
vel plures boni ordinis vitandorumque abusuum caussa pta sunt re-
adduntur sollemnitates, quibus neglectis desertum cen- media; 1) ratione
seri remedium debeat. 2) temporis & formalium;

§. X.

Immo ne minutiis fatigentur superiora iudicia, 2) ratione
haud exiguo rei iudicariae emolumento beneficium summae;
illud superiorum instantiarum, quae non possunt non
reipublicae sumtuosae esse, recte negatur caussis, qua-
rum pretium tanto beneficio vix dignum videtur.

§. XI.

§. XI.

3) ratione causae, quae in lite; Sunt denique etiam, quae moram non patientur, quae alia singulari ratione non sine iactura salutis publicae plurium instantiarum ambagibus committi queunt, varia *causarum genera*, veluti quae ad crimina persequenda, ad politiam ordinandam, ad commercia promouenda, cet. spectant. Qualibus proinde in causis aut omnem prohiberi superiorum instantiarum aditum, aut arctioribus saltet limitibus eum circumscribi, similiter summopere rei iudicariae conuenit.

§. XII.

4) ratione effectus suspensui, In primis in limitibus eiusmodi porro hoc magni momenti est, vtrum concessio aduersus sententiam remedium *effectus*, quem vocant, *suspensus* tribuendus sit, nec ne. In ordinario remediorum usu certe parum solatii foret, nisi eo effectu munita essent, vt, quan- diu ea in promptu sunt, prior iudex manum sistere de- beret. Quapropter hanc necessitatem iudiciis inferio- ribus & leges imponere solent, &, simulac causam de nouo indicandam sibi sumunt, iudices superiores incul- cant; adeo vt tamquam attentata reuocentur, quaecumque contra has legum sanctiones superiorum iudicium inhibitiones fiunt.

§. XIII.

*qui non n-
mibus tri-
buitur re-
medii.* Si qua tamen causa ita comparata est, vt reipubli- cae inter sit, nullo modo moram neci; aequitate qui- dem duce remedia adhuc permitti possunt cum *effectu*, quem vocant, *devolutio*, ad cognoscendam de nouo cauf-

causam. Sed prudenter leges negant remedio in tali causa effectum suspensuum, aut plane ut ei locus non sit, aut saltem ut ipso iure non statuatur, nec vel iudicii superiori, nisi iusta causa id urget, inhibere iudicem inferiorem fas sit.

§. XIV.

Multiplici itaque ratione porro variari *remedia*. *Vnde multi-*
possunt, tum circa modum, quo interponantur, iusti- *plex reme-*
fificantur atque ad finem ducantur, tum circa forma- *diorum va-*
lia ac fatalia, quibus haec omnia circumscripta sint, *rietas*;
tum circa effectum suspensuum, quo aut fruantur aut
careant remedia.

§. XV.

Quin in ipsis quoque rerum argumentis differre *practer-*
possunt remedia, prout vel *speciale quoddam funda-* *quam quod*
mentum in iis allegari necesse est, veluti noua in prom- *in funda-*
tu esse documenta, ob quae restitutio in integrum fit *mentis dif-*
decernenda, seu protractam denegatam esse iustitiam, *ferant.*
seu dolo malo iudicem litem suam fecisse, & quae sunt
reliqua; *vel ita comparata sunt remedia*, *vt generatim*
ab eo, qui remedio vtitur, allegari sufficiat, se grauau-
tum esse a iudice, *seu in suum detrimentum egisse aut*
iudicasse iudicem, qualia in primis sunt *appellationis*,
nostrisque in foris reuisionis, supplicationis, leuera-
tionis remedia.

B

CAP.

CAP. II.

DE QVERELA NVLLITATIS SEOR.
SVM CONSIDERATA.

§. XVI.

*Ab iniq- Generatim remedia, qualia vt plurimum intelli-
uite & iniusti- guntur, supponunt quidem esse a iudice iudicatum, at
tia differt non ita, vti veritati & iustitiae conueniret, sed iniu-
nullitas sen- stum, aut ad minimum iniustum id esse. Id quod fal-
tentiae; tem in ordinario remediorum vsu sufficit, vt aditum ad
superiores instantias sibi parare possint grauati. Ast ve-
ro quid si plane nulla adsit sententia, & damnum nihilo-
minus inde imminens alicui? Quid si quis contenderit
alterius detimento sententiam esse, quae reuera non
est? Quid si hic nullam iecirco sententiam queratur,
quam alter esse sententiam profitetur?*

§. XVII.

*sed difficilis Hoc casu nemo non fatetur necessariam esse inter
definitu haec querelam nullitatis ceteraque alia remedia differentiam;
differentia. ita in primis, vt non iisdem cum hisce limitibus illa
circumscripta sit; potius vt locum habeat e. g. in caus-
fis etiam non appellabilibus, seu post lapsum tempus or-
dinario remediorum vsui praescriptum, & quae sunt re-
liqua. Ast quaenam praecise inter querelam nullitatis
aliaque remedia differentia intercedat, quando illi vel
his solum locus sit, vix vlla lex hucusque sic definire
potuit, vt fraudibus aduocatorum caueretur, quibus
nihil visitatus est, quam vt nullitatis nomine vtantur,
quan-*

DE QVERELA NVLLITATIS SEORSVM CONSIDERATA. II

quando cumque vel vllum inde commodum iis adparet,
maxime tun, quando ad alia remedia vel ob neglecta
fatalia vel aliam quamcumque ob caussam nihil amplius
refugii superest.

§. XVIII.

Non desunt quidem & Romani & canonici iuris Ius commu-
egregiae quaedam sanctiones, quibus remissa appellan- ne rem non
di necessitate de nullitate queri permititur. Attamen satis defi-
in utroque iure nec lex adest, quae cunctas recenseat *nuit*,
nullitates, & ultra quas adeo euidenter statui posset,
non dari plures, nec ita definiri potuerunt, quae vel
ibi nominatae sunt, nullitates, vt aut applicari nequeant
subinde aliis etiam grauaminibus, aut dubium saltem
haud sit, nonne & aliis quadrent.

* Pertinent hoc in primis tot. tit. D. (lib. 49. tit. 8.) quae
sententiae sive appellatione rescindantur, totusque tit.
C. (lib. 7. tit. 64.) quando provocare non est necesse;
deinde tot. tit. C. (lib. 7. tit. 43.) quomodo & quando iu-
dex sententiam proferre debeat praesentibus partibus vel
vna parte absente; tot. tit. C. (lib. 7. tit. 48.) si a non
competente iudice iudicatum esse dicatur; tot. tit. C.
(lib. 7. tit. 56.) quibus res iudicata non nocet; tot. tit.
C. (lib. 7. tit. 58.) si ex falsis instrumentis vel testimoniis
iudicatum sit; aliaeque praeterea singulares leges,
veluti L. 19. §. 6. D. de re iudicata, cet. & ex iure ca-
nonico cap. 1. & 13. X. de sentent. & re iudic. c. 26. X.
in 6. de regulis iuris, reliq. Hasce omnes autem &
quotcumque reliquias virtusque iuris leges si quando le-
geris ac perlegeris; adhucum desiderabis normam
huius rei generalem eamque adaequatam.

B 2

§. XIX.

§. XIX.

*teste praxi
fori Germanici* Saltem de *praxi fori Germanici* in aprico est, quum domesticae leges hanc rem plane non definirent, istas *nisi iuris communis leges non sufficisse coercendis infinitis aduocatorum de iniunctate seu iniustitia & nullitate disputationibus, &, quod idem adeo est, manifestis querelae nullitatis abusibus, quos enarrantem audire sufficiet recessum imperii nouissimum, e quo simul insignis eluet sollicitudo aliud rei remedium quaerendi.*

- * 1) Numirum iam anno 1521. condita ORDINATIO CAMERALIS tit. 21. §. 1. obseruauerat: „ daß an den Untergerichten aus Einfältigkeit, Unfleß, oder bisher geübten Missbräuchen nichtige Processe und Nullitäten je zu Zeiten befunden worden.“ Abbreviandi autem iudicii causa statuerat, ut grauamen super iniunctate vel iniustitia in euentum vna cum nullitate semper simul proponeatur: „ Wo jemand am C. G. die Nullität oder Nichtigkeit voriger Rechtfertigung vorzuwenden gedächte; soll er solche Klage sammt der Klage auf die Iniquität, Beschwerung und Ungerechtigkeit - alternative und mit einander gleich einzubringen schuldig seyn ic. - Also wird dadurch der Verzug zweyfacher Rechtfertigung, so an dem R. C. G. bisher nach einander hat beschehen mögen, abgeschnitten und gefährliche Verlängerung vermieden.“ Deinde addiderat, ne attendendam quidem fore talem nullitatis querelam, si vel maxime neglectum quoddam formale fuerit, nisi iniuria inde inficta in causa principali irreparabilis adpareat, verbis: „ Und so der C. R. und V. solche angezogene Nichtigkeit nicht dergestalt ersinden, daß dadurch einer Parthey in der Hauptfache ein unwiederbringlich Unrecht beschobe; sollen dieselbe vor dem Progess, anderer Unmöglichkeit hal-

halber, als nichtig, bey ihnen nicht verworfen werden. „ Quam sanctionem iisdem verbis repetit O. C. 1523. tit. 5. §. 6., addita modo §. 7. Iac noua sanctione, vt nihilominus seorsum quoque porro de nullitate conqueri licet, verbis: „ Wo aber die Nullitat alleine vorgenommen wird, soll derselben halben, wie in extraordinariis angezeigt ist, in den Terminen fortgesfahren und procedit werden. „ Id quod implicite etiam in priore illa O. C. 1521. tit. 19. §. 3. iam continebatur, dum in causis, quae in extraordinariis tractentur, enumerandis ibi postremo loco expresse nominatae erant: „ Item Sachen der Nullitat wider Processe und Urtheile, und andere vergleichen in Rechten gefreyte. „

- * 2) Denique caussas nullitatis specifice exprimi iussit O. C. 1527. §. 23. verbis: „ Wenn auf die Nullitat gehandelt wird, sollen die procuratores die Ursachen der Nullitat neben der Iniquitat in der Klage specifice ausdrücken und bestimmun. „ Et ex his demum omnibus compositus est titulus 34. partis 3. O. C. de a. 1555., seu, qui unus idemque est, tit. 40. part. 3. in Conc. O. C. de a. 1613., nisi quod vterque modus proponendi nullitatem ita nominatum distinxerit ibi sit, vt in altero principaliter, in altero incidenter nullitas tractari dicteretur; & quod in hoc casu appellationi modus procedendi exaequetur, addita hac solum exceptione, nisi nullitas manifesta sit, in superiora instantia haud reparanda, verbis: „ Es wäre denn, daß sich aus den actis erster Instanz eine öffentliche Nullitat befände, welche in anderer Instanz nicht ratificirt werden möchte; alsdenn sollen C. R. und B. auch vor der Kriegsbefestigung und ex officio darüber endlich zu sprechen und zu erkennen Gewalt und Macht haben. „ At vero in quoniam consistat ceterum manifesta eiusmodi nullitas, & quando praecise liceat, de nullitate principaliter age-

re, de eo in cunctis ipsis legibus ecce altum silentium.
Hinc illae lacrymae!

3) Sie nempe iam R. I. N. §. 121. 122.: „Indem auch
denn nunmehr, ait, von vielen Jahren her mit vieler Zeit-
verlehrung ohntheiter Dinge vielfältig disputaret woe-
den, ob sententia nulla oder iniusta sich erhalte, und
zwar darum allein, daß a sententia nulla in dreißig
Jahren die Klage prosequret, a sententia iniqua aber
intra decendum appellaret werden kann und soll; so soll
zu Verhütung dergleichen ohntheiter Gejänks in allen
beyden Fällen, das ist, a sententia tam nulla quam ini-
qua das fatale interponendas observirt, darüber auch
hinsühro bey unserm Cammergerichte set und festiglich
gehalten werden. Bey denjenigen Nullitäten aber, wel-
che insanabilem defectum aus der Person des Richters
oder der Parthey, oder aus den substantialibus des pro-
cessus nach sich führen, verbleibt es bey der Disposition
der gemeinen Rechte.“

§. XX.

*Nec leges
imperii,*

Nec tamen felicior fuit nouioris istius *sanczionis*
imperii successus. Perinde enim, atque olim super ini-
quitate & iniustitia vel nullitate, immo magis hodie
de sanabili vel insanabili nullitate disputatur, praefer-
tim quum insanabiles nullitates ita recenseat dicta lex,
ut, omnesne prorsus recensere voluerit, an plures aliae
adhuc admitti debeant, haud ita expeditum sit.

§. XXI.

nec leges ^{mi} *nouiores denique singulorum territorialium legis-*
prouinciales latores, sive eadem cum R. I. N., sive alia noua incess-
multo fel- rent via, quod constet, similiter haud obtinere potue-
ciores. ^{runt,}

runt, ut desinant aduocatorum eiusmodi altercationes.

* Operae, credimus, pretium foret, si quis omnes, quotquot existunt, leges iudicarias territoriales comparare voluerit ad investigandam proprius hanc duplcam, quae vel R. I. N. sequuntur, vel aliorum incedunt, viam. Quem quidem laborem suscipiendi, nec praesens proprie scopus est, nec tempus nobis vacat. Interea tantum iam inspeximus istarum legum numerum, ut tuto affirmare nulli dubitemus, needum esse, in qua omnis de hac re dubitatio ex voto praecisa sit.

§. XXII.

Ita rebus constitutis nos quidem haud nobis sumimus, vti nec nostri proprie hic propositi scopi est, definire verae nullitatis eiusque, si lubet, insanabilis iustos certosque limites. Quodsi tamen dicendum, quod res est, difficile dictu videtur, quomodo reapse intelligenda sit vniuersa illa *nullatum sanabilem atque insanabilem distinctio*. Namque si eam sanabilem dixeris nullitatem, quae ab eo, cuius interest, rata haberi atque sic e medio tolli potest; quaeſo quanam erit insanabilis? Quilibet enim vti suo iuri renunciare potest, ecquis qualemcumque nullitatem, v. c. omissam quoque substantialem ordinis iudicarii partem, ratam haberi posse, negauerit? Sin sanabilem vocaueris nullitatem, quae ſuppleri nouo iudicio potest, veluti, quod exemplum allegari solet, omissa interrogatoria in examine testimoniū; quaeſo nonne & defectus substancialis, v. c. litis contestatio, ſic ſuppleri poterit?

§. XXIII.

§. XXIII.

Sanabilis Immo si quid videmus, nullitas sanabilis est, quae enim reuera ex omissa parte processus haud substanciali oritur, vel non est nullitatis, quod modo allegauimus vulgare exemplum omissorum in examine testium interrogatoriorum, seu non cito, quem vocant, producti ad videndum iurare testes. Enim uero sic substantia ordinis iudicarii haud neglecta, atque lege disertam poenam nullitatis haud sanciente, nec definit esse sententia tali ordinis adstricta, nec proinde nullitas est, quidquid inde oritur vitii, seu, quod idem est, nullitas sanabilis reuera non est nullitas.

§. XXIV.

nec per ipsam legem Nec sane in effectu quidquam magis ultra solum nonnullitatem sanabilem eiusque querela. Hanc enim dum nonnisi incidenter una cum appellatione institui permittit, dumque iisdem fatalibus vnam alteramque adstringit; ecquis haud videt, nil nisi appellationem nomine nullitatis velatam hic tractari? Quo quidem nomine qui se delectari satagunt, iis per legem hoc liceat, modo nec in limitibus, iuribus, effectibus quidquam magis ultra ea, quae in appellatione licent, sibi tribuere admittantur.

§. XXV.

Sola insanabilis vera bilem Nullitas autem, quam duce R. I. N. nunc *insanabilis vera bilem* vocant, non alia est, quam quae generatim sola nullitas est; verae nullitatis meretur nomen cum ipsa re conueniens, ea nempe qualitas, qua iudicatum, quale quid contenditur, reuera id non est; id quod seu ex natura rei, seu ex

ex lege positiva derivetur, non magis interest, quam
ut in illo casu nullitas naturalis, in hoc mere civilis
esse possit.

* Metuendum forte foret, aut obscuritate hanc descriptio-
nem nullitatis laborare, aut iusto amplius in generalem
rerum abstractarum indolem excurrendum hic fore, nisi
hoc PRAESES sibi sumisset in programmate huic dis-
sertationi iungendo, vt theoriam nullitatum generalem
explicaret, ad quam proinde benevolum lectorem hic
remittere liceat.

§. XXVI.

Sic quandoquidem nullum est, quod quis agit veluti ⁱ⁾ ob
agendi potestate substitutus; ipsa natura rei docet, ante ^{defectionem in}
omnia hoc ad substantiam sententiae pertinere, vt ^{tum persona iu-}
^{index potestate iudicandi in hac causa inunitus sit, tum dicis vel}
^{litigatores agendi causam legitima facultate praediti partium;}
sint. Ideoque omnino nulla est sententia, quae vel a
iudice non suo, vel causa non ab iis, quibus hoc ius erat,
instructa, veluti deficiente persona standi in iudicio aut
legitimatione siue ad causam, siue ad processum,
fertur.

§. XXVII.

Similiter ipsius sententiae natura hoc vult, vt ²⁾ ob non
causa ante, quam feratur, cognita sit, auditis vtrin- ^{auditam al-}
que quantum satis & juris & facti argumentis. Id quod ^{teram par-}
iustam quidem exceptionem patitur, si quis contumax ^{tem;}
concessam sibi defensionis facultatem negligit, & vel in
poenam tunc condemnatur. Alioquin tamen ^{sententia}
omni-

18 CAP. II. DE QUERELA NVLLITATIS

omnino non est, quae fertur *inaudita alterutra parte*, ita ut ne facultas quidem defendendi iuris sui ei concessa sit.

§. XXVIII.

Ad haec pluribus ex causis sententia nullitatis in alia substantia vitium incidere potest, si qua lex ciuilis plura eius ordinis iudicarii eam praecedentis requisita substantialia sub poena praescribit, claraque sanctione, vt neglectis iis sententia nulla sit habenda, statuit.

praescripta.

§. XXIX.

Hacenus conuenit R. I. N.
Quae quum ita sint, catenus egregie rem definierunt auctores R. I. N., dum expressa illa sanctione cauerunt, nullitates fore, quae insanabili, aut, si maiis, substantiali defectu in persona iudicis seu litigatorum, seu in ordine iudicario laborent; substantiali nempe, nam, quae non ad substantiam rei pertinent, si vel maxime legibus requirantur, tamen neglecta reim non plane nullam reddunt; veluti cuius generis omnia eas sunt, quae nullitatum, quas vocant, sanabilium iam retulimus, exempla.

§. XXX.

Sed ultra hunc R. I. N.
Optabile foret, vt ne piguisse auctores R. I. N., distinctum eumque adaequatum omnium nullitatum insanabilium indicem, ultra quem nulla amplius nullitas detur, legi huic imperiali inservere, aut, si magis forte lubeisset, normam quamdam generalem definiendis omnibus id genus litigiis parem concipere. Quinimo

mo videntur nonnullis, ac videri sane poterant, tale quid in mente habuisse, dum nominatas ibi nullitates tali verborum ordine enumerant, vt nihil clausulae, qua & reliqui quid supereesse intelligatur, addiderint, nee sine specie adeo, an plures admittere voluerint, vchementer dubitari queat.

§. XXXI.

Enimuero vti facilius leges ciuiles nullitatem arbitriam sancire possunt, quam vt nullitatem naturalem admissim
ciuiliter validam iis declararo credibile sit; ita, dummodo ex natura rei, ne dicamus, ex aliis iuris communis admissim
legibus, plures verae nullitates deriuari possint, sola admissim
nonnullarum nullitatum recensio, vti vnius positio non
est alterius exclusio, nequaquam sufficit ad excludendas admissim
omnes alias nullitates, quas expresse lex ipsa nullo
modo excludit. Quapropter lubentes adsensem praebemus iis, qui plures etiam ultra sanctionem R. I. N.
nullitates admittunt; modo hoc vnicum obseruetur, vt
iusti vbique limites haud migrantur, vtque nec ultra
modum adeo vel in infinitum nullitatum numerus cu-
muletur.

§. XXXII.

Sic omnino quum iudex non possit pro arbitrio, quae veluti ob
lubet, sed quae iuri ad factum applicato veritate ac iu- manifestam
stitia duce conuenirunt, sententia pronunciare, quumque contrarie-
speciatim iura ciuium quaesita sarta tecta relinqu oportet
teat; manifeste limites potestatis suaue excedit iudex, qui, quaesiti cert.
licet euidens ex lege, re iudicata alioue fonte ius quoddam fu-

20 CAP. II. DE QVERELA NVLLITATIS

fugere eum haud potuisset, nihil fecius sententiam ei contrariam ferre non erubescit. Neque magis sententiae nomen meretur, qua *factum manifesto falsum* sic adstruitur, vt contraria plane sententia sequi debuisset, si veritatem facti eamque evidentem ante oculos habuisset iudex.

§. XXXIII.

*modo ius
evidens ac
manifestum
falsum*
est.

Ait vero in singulis eiusmodi casibus *evidens ac manifestum* sit, tum contra quod iudex impegit, tum id ipsum, quod impegerit, necesse est. Qua quidem in re tanto maior circumspectio commendanda est iudicii superiori de nullitate iudicaturo, quanto frequentius est, vt, qui de nullitate queruntur, sibi evidentissimum imaginentur, quod reuera aut omni fundamento destitutum, aut sat multis saltet dubitationibus inuolutum est. Quo posteriore etiam in casu, si vel erroneam opinionem iudex amplexus fuerit; tamen longe eius sententia a nullitate abest.

§. XXXIV.

*Sic contra
ius in thesi
nullitas
committi-
tur;*

Quantumvis itaque certum sit, intolerabiliorem thesi cogitari posse nullitatem, quam quae contra ius in thesi iudicando admittitur; ante omnia tamen distinguendum hic esse putamus inter leges, quae ad rem iudicariam spectant, legesque, quae *ipsa litigatorum iura & obligaciones*, de quibus principaliter in iudiciis agitur, definitiunt. Contra has omnino cum nullitate impingitur, quum e. g. inpuberem testari posse, filio legitimam non deberi, &c. iudicando statuere iudex vellat.

§. XXXV.

§. XXXV.

Verum quod ad *leges iudicarias* attinet, certe modo 1) dicitur non omnia in iis praescripta ipsam substantiam iudicii singulas leges iudicative tangunt, nec adeo omnia, si qua omittuntur, indistincte iudicium iudicatumque nullum reddunt, 2) *leges iudicarias ab aliis;* si vel maxime non omnibus numeris id absolutum sit, ut iterum vel unico exemplo omissorum interrogatoriorum seu omissae citationis ad videndum iurare testes illustrari potest.

§. XXXVI.

En autem eximium, si quid umquam, prudentiae *contra illas caussidicorum specimen.* Omisit, inquit, iudex citationem ad videndum iurare testes, neglexit interrogatoria. Atqui clarae leges id exigunt. Ergo contra ius in thesi peccatum. Ergo nullitas, ergo nullitas insanabilis adest. Q. E. D. - Hoc profecto si ratiocinium valeret, ut nihil quidem eo frequentius est, nullum ne minimum quidem vitium in ordine iudicario committi posset, quin, neglectis aliis eam in rem sat caute concessis remedii, numquam fere non in promota fore nullitatis insanabilis querela. Quodsi vero nobiscum nullitates contra ius in thesi non esse statueris, quae ex neglecto formalii iudicario deriuantur, sed eas solum, quae contra leges non ad rem iudicariam spectantes impingunt; multis, speramus, occurrere poterit hoc genus aduocatorum astutiis.

§. XXXVII.

Deinde legem, e qua ius in thesi contenditur, omnino claram esse 3) *ius in the no clarum* indubiam oportet. Fac enim dubiae clarum modo requiritur;

22 CAP. II. DE QVERELA NVLLITATIS

a) non du- modo legem esse *interpretationis*. Aduocatus certe nil
biae inter- faciet reliqui, quam ut interpretationem sibi fauentem
pretationis; defendat, iusque in thesi clarum exclamet ac manifestum.

Iam finge, vel minus probabilem, minus veram adoptari a iudice interpretationem. Sic errare, sic iniuste iudicare potest iudex. Necdum tamen limites suae potestatis excedit; nec, nisi omnem iudicis errorem, omne iudicati vitium nullitatem vocaueris, confessim nulliter agit. Sed aliis, quae legibus cauentur, remediis vti fas est.

§. XXXVIII.

b) non du-
biae aucto-
ritatis;

Pariter finge, alia ratione *dubitari de vi legis*, de promulgatione, de vsu hodierno, & quae sunt aliae id genus dubitationes nostris in foris mox circa legem provinciale statutumue, mox circa usum iuris Romani, Canonici, Longobardici sat frequentes. Simulac talem legem, quam iustis forte rationibus haud valere existimat, modo neglit iudex; quaeſo an statim nullitatis erat incusandus?

§. XXXIX.

c) non arbi-
trio iudicis
commisum.

Immo finge legem non dubiam, sed generalem quodammodo & arbitrio iudicis directe vel indirecte locum relinquenter. Finge arbitrium hoc adhibere iudicem, eumque alter adeo iudicare, ac litterae forte legis conuenire videbatur. En certe clamaturum de nullitate aduocatum! Ast an recte? Non opinamur, longa contrarii probatione opus fore.

§. XXXX.

§. XXXX.

Similiter quod ad nullitates attinet, quae ex eo de- *Contra ius*
riuantur, quod contra ius quaesitum, contra rem iudi- *quaesitum*
cataam, priuilegium, cet. iudicatum sit, nihil magis ca- *etiam nulli-*
uendum est, quam ut probe circumspiciatur, 1) vtrum tas eß;
vere adsit ius tale quaesitum, satisne clarum, nullaque
exceptione infirmatum; 2) an reapse ei contrarietur id,
quod nullum inculatur.

§. XXXXI.

Fac, modo *dubium esse*, iusne quaesitum adsit ^{modo 1)} *ius*
nec ne. Finge, sententiae, priuilegi, pacti sensum illud certum
controuersum esse. Fac, iudicem adoptare sensum al- *clarunque,*
terutri litigatori haud placentem, & vel reuera haud
probabilem, non verum sensum. Hoc casu omnino
errabit iudex. Ast ut nulla talis sententia sit, longe
abest, licet vel maxime clamitet, contra quem iudica-
tum, iuri suo quaesito hoc contrariari. Quod sane
nec magis procedit, si ipsi huic iuri quaesito qualiscum-
que exceptio peremptoria obstat, veluti praescriptionis,
transactionis, pacti contrarii, & quae sunt reliqua.

§. XXXXII.

Multo minus, quilibet videbit, recte nullitatem ²⁾ *sententia*
contendi, si qua sententia iuri quaesito aduersari fertur, reuera ei
qua reuera non aduersatur. Qualiscumque enim elong- contrarie-
ginquo demum adparens contrarietas praeferriri possit, tur.
nihil visitatus aduocatis est, quam ut statim de nullita-
te clamitent. At vero cautus iudex quis his aliisque
non melioris farinae fraudibus aduocatorum se circum-
du-

24 CAP. II. DE QUERELA NVLLITATIS

duci patietur? Argi tamen oculis vtatur, vehementer
probo iudici suadendum est.

§. XXXIII.

Generatim Vniterse si omnia haec aliaque plura, quae attento
multa com- rerum aestimatori in praxi iudicaria obseruare haud dif-
mittenda fice erit, in unum collegiris; hoc denique dissimulari
arbitrio iu- non poterit, vti permultis vel maxime arduis in rebus,
dici, in du- ita & hic saepe multum relinquere debere *cauto iudicis* su-
bio tamen perioris arbitrio, an ea, quae perduro nullitatis no-
contra nul- minis impugnantur, id reuera mereantur, nec ne-
litates. Quumque statuendo nullitatem, quae non est, ipse nulli-
tatem committere posset; sane in dubio potius negabit,
quam admettit, nullitatis iudicium, *præsumptionis* in-
ter alia generatim pro quolibet iudice militantis memor,
maxime quum nec citra nullitatem desint alia persequen-
di iuris aduersus quocumque grauamen remedii.

§. XXXIV.

Quotiesvero Quandocumque autem sententia nulla est, ex ipsa
adest nulli- nullitate nulla quoque efficacitate vti, nullos in
tar, merito iure effectus sortiri potest. Sed quae generatim ex nul-
nullus eius litate remedia legibus cauta sunt, ea & ei merito pro-
effectus, i.e. fuit, cui ex sententiae nullitate damnum imminet, siue
que seu a- excipiendo nullitatem ex sententia tali acturo opponat,
gendo seu siue agendo ipse eam moueat.
excipiendo docetur,

vtrroque ea-
su intrati-
gma an-
nos,

§. XXXV.

Sicuti vero omnibus actionibus, speciatim qualis
haec est, personalibus optimo consilio ius Romanum,
ne

ne immortales fiant lites, & ne infinita sit iurium possessionumque incertitudo, *triginta annorum terminum* praefinit; ita merito etiam querela nullitatis aduersus sententias instituenda hocce temporis spatio circumscripta. Quumque ista quilibet, quando libet, vti possit; aequum videtur, vt nec exceptio, quamvis ceterum perpetua, hic diutius admittatur; si hoe vnicum obseruaueris, vt agere non valenti non currat praescriptio, adeoque necessario computandum sit initium *triginta annorum* a notitia sententiae nullitate laborantis, quae si senior doceri potuerit, diutius quoque tum querela tum exceptio admittenda erit.

§. XXXVI.

Quibus ita constitutis quum tam diu hoc remedium *& sine effe-*
in promtu sit; hoc vnicum res ipsa docet; sine detri- *et uisu suspen-*
mento reipublicae non posse aequo diu vires rei iudica- *suo.*
 tae, quod ad exsecutionem attinet, suspendi, nec vel
 posse adeo *effictum suspensum* querelae nullitatis *ipso*
izure tribui. Immo quum merito quilibet iudex praesumatur non commisisse nullitates, omnino aequum est,
nec inhibitionem facile vniquam ad sola eius, qui de
 nullitate queritur, narrata ac petita decerni.

D

CAP.

CAP. III.

DE QVERELAE NVLLITATIS ET
APPELLATIONIS CONIVNCTIONE.

§. XXXXVII.

*Plurareme-
dia saepe si-
mul habent
locum,* Vti ius suum persequi pluribus actionibus subin-
de licet, sive ita vt a pluribus vna eligatur, sive vt plu-
res quoque actiones, modo non contrariae sibi inuicem,
cumulentur; ita plura etiam diuersa remedia contra vnam
eamdemque sententiam saepe sic comparata sunt, vt aut
eligi e pluribus vnum possit, aut si res ita fert, plura
remedia vna ac simul admittantur, quamdui inter se non
pugnant, aut subordinate ita adhibeantur, vt vni in sub-
sidium alterius locus tribui queat, veluti quod perfre-
quenter in remedii reuisionis & restitutionis in inte-
grum, in summis etiam imperii tribunalibus contingit.

§. XXXXVIII.

*speciatim
quoque que-
rela nullita-
tis & appel-
latio.* Quantumuis itaque diueriae indolis sint querela
nullitatis & appellatio, (aliaue huic similia remedia,
quae breuitatis ergo sub vno appellationis nomine ab-
hinc comprehendi liceat); tamen vtraque & querela
ita & appellatio in vna eademque causa saepe locum ha-
bere possunt, vt vel eligi alterutra, vel cumulari vtra-
que possit.

§. XLIX.

Appellatio quidem adeo amplis continetur limiti-
Non quidem bus, vt, vbi illi locus, *non semper*, immo vix & ne
semper mul-
titas, vbi vix quidem eligi querela nullitatis possit; quum illa ob-
qua-

qualecumque grauamen, haec non nisi ob nullitatem appellari legibus concessa sit. Adeoque per se intelligitur, generaliter inter appellationem nullitatisque querelam nequaquam dari electionem. Appellari sane sexcenties potest, vbi nullo modo fundata nullitatis querela est.

* Tanto maiore sane cum circumspectione inuigilandum iustis inter appellationem atque nullitatis querelam imitibus praesertim ibi, vbi huic quidem, non illi ob naturam caussae, criminalis e. g. aliaue ratione locus datur. Speciatim obseruari potest, non sollertiae, nec callidiores aduocatos in detegendis nullitibus esse, quam quo frequentius id contingit, ut appellari nequeat, sed querela nullitatis admittatur; veluti si qua lege provinciali electio inter leuterationem sive supplicationem & appellationem grauatis conceditur, semel autem illa electa haec amplius non admittitur. Ibi certe foecundissima admiraberis ingenia in proponendis qualibuscumque grauaminibus sub formidolosa nullitatum earumque insanabilium specie. Sed ohe quantum generatum ibi iustis nullitatum finibus regundis periculum! Ut taceamus, in quibus synonyma plane reddidit usus reuisionem & nullitatis dictionem, foras.

§. L.

Versa autem vice in omni nullitate grauamen est. sed I) vbi quunque appellationis natura tam generalis sit, vt qualitercumque grauamen per eam deduci possit, immo vt ibi & appellatio locum sufficiat, sola voce: *appello*, contendi, non recte iudicatum fuisse, caussamque de nouo disquirendam esse, sive culpa, sive dolo, sive errore, sive nulliter iudicatum esse mens appellantis sit; iccirco res ipsa docet, naturam appellationis vniuersae quidem haud impedire, quo minus etiam super nullitate appellari possit. Adeo-

28 CAP. III. DE QUERELAE NULLITATIS

que eatenus inter appellationem & nullitatis querelam datur *elec̄io*, vt, vbi haec eligi poterat, etiam illi locus sit, modo nihil aliud interueniat, quod viam appellandi circumscribat.

§. LI.

modo & re- Enimuero si quo tali in casu *loco querelae* eligitur *quiſta ap-* *appellatio*, fas etiam est, vt ea *omnia obſeruentur*, quae *pellationis* *naturae appellationis conueniunt*. Nimirum *fatalia*, *obſeruentur*, *formalia* appellationis haud negligantur, oportet. Et si qua alia legibus, priuilegiis, statutisque legitimis appellationi praescripta sunt, nihil horum praetermitti fas est.

§. LII.

nec natura Maxime omnium obseruandum venit hoc, vt *natura cauſae appellationem non minus*, quam querelam nullitatis admittat. In cauſa enim criminali, vt vel *vnico exemplo rem in lucem ponamus*, querela quidem nullitatis admittitur, appellatio non aequē. Ergo in tali cauſa non quidem natura appellationis, sed ipsius cauſae impedit, quo minus super nullitate appellari possit.

§. LIII.

nec summa Similiter ex lege vel ex priuilegio *summa appellabiliſ* *appellabilis* *lis circumſcribere appellationem potest*, non praeclusa ideo, praefertim posteriore casu, quod ad summam priuilegii attinet, querela nullitatis. Ergo vel in cauſa ciuili deficiente *summa appellabili*, quam priuilegium de-

definit, querela nullitatis locum habet, non appellatio; proinde cessat iterum inter vtramque alias admissa electio.

§. LIV.

Quid vero si coniungantur, seu, quod vocant, *II) Cumulacrum* appellantur & querela nullitatis? Id quidem *ri possunt* generatim & omnino haud negari potest, quatenus nihil, *querela nullitatis* & quod sibi inuicem contradicat, profertur. Alia tamen *litatis* & ratione id fieri potest *subordinate seu eventualiter*, alia *appellatio, iunctim ac simul*. Quo de vtroque casu disquirendum penitus est, quod naturae rei conuenit.

§. LV.

Subordinate seu eventualiter coniungi appellatio & i) subordi-
querela nullitatis primum ita potest, vt appellans: ap-
nate a) ap-
pello, inquit, & in eventualum, si appellatio locus haud pellendo, in
fuerit, de nullitate conqueror. Quod sane tantum abest,
vt vel illa difficultate inuolutum sit, vt omnino caili-
bet haec via pateat, hocce quidem effectu, vt, si forte
natura caussae vel deficiens summa appellabilis, seu de-
fertio forte ob neglecta formalia ac fatalia appellatio-
ni obsuerit, adhuc querela nullitatis, modo nullitas vere
doceri queat, farta tecta maneat.

§. LVI.

At vero *cui bono* hac mente statim ab initio appellatio nullitatis querelam adiunxeris? Fac enim eventualium illum, quem metuis, existere. Fac reifici appellacionem ceu non deuolutam desertamue. Adhucdum *quod tamen vix utile, nec ideo frequens.*

falsa res est. Satis iam tempestiue de nullitate conque-
ri poteris. Ergo quid opus antenunciare, quem me-
tuis, euentum? Quo consilio suppedites iudici, quam
non exoptas, viam? Nisi omnia nos fallunt, haec ipsa
ratio est, cur *hoc genus coniunctionis vix umquam in praxi*
eueniat.

§. LVII.

b) De nulli-
tate queri,
& euentua-
liter appellare

Multo frequentior aduocatorum haec est formula, alterum genus coniunctionis subordinatae continens, ut nullam ait aut sententiam, in euentum, si qua sit, i. e. si non sit nulla, appellant; hac quidem mente, ut periculum saltem faciant impugnandi sententiam ceu nullam; fin adesse autem nullitas a iudice superiore negetur, appellatio sarta tecta maneat.

* Sic, quam supra (§. XIX.) allegauimus, ORD. C A M.
1521. tit. 21. §. 1. ipsam formulam suppeditat, "unge-
fährlich, inquiens," dersassen: Herr Cammer-Richter!
Ich bitte Euch, über diese Nullität zu erkennen. Und ob die nicht begründet erfunden; alsdann und nicht eher,
bitte ich, auf meine andere Klage der Iniquität und Un-
gerechtigkeit des vorigen Rechtspruchs zu urtheilen ic.,
Quae repetita quoque in O. C. 1523. tit. 5. §. 6., aliis-
que modo verbis proposita in O. C. 1555. part. 3. tit.
34. §. 1.

§. LVIII.

vtilius est ac Hic sane modus nec illegitimi quid continet, nec
frequentius. sine vtilitate est. Appellatio enim qualitercumque in-
terponatur, semper opus est, vt fatalia ac formalia eius
stricte ac tempestiue obseruantur. Quodsi itaque sen-
tentiani

tentiam initio solum ex capite nullitatis impugnaueris, haec quamprimum reiecta fuerit, irretractabilis adforet res iudicata. Sin ab initio statim in euentum istum appellationis requisita obseruaueris, post reiectam quoque nullitatis querelam salua res erit. Ergo tali in casu omnino negligi ista euentualis coniunctio sine appellationis iactura haud potest.

* Neque reuera hac in re immutauit quidpiam R. I. N. in passu, quem supra (§. XIX.) iam retulimus. Tantum enim abest, ut hoc genus coniunctionis corrigat noua haec / sanctio, ut potius praecipiat illam omnino, si vel illa dubitatio fuerit, nullitatem principaliter talem ac per se subtilitatem deduci non posse.

§. LIX.

Sed an *vna* etiam ac *simil* appellare ac de nullitate ²⁾ *Plane* conqueri licebit? Quid si quis sequentem in modum in- *innullam vna*
struxerit causam: *appello*, quia generatim & qualiter- *ac simil ap-*
cumque grauatus sum, *immo nullam aio sententiam*, quia *pellare & de-*
vel nullitatis vitio laborat?

*nullitate
queri*

§. LX.

Haud quidem inficiamur *bona mente* nonnumquam *nonnum-*
hoc fieri posse, veluti si causa appellationem per se non *quam bona*
respuens a iudice inferiore sic tractata fuerit, vt iusto *mente fieri*
dolore commotus, cui detrimentum inde illatum, se non *poteſt;*
continere possit a deducenda nullitate, quam vere iudi-
cem commisſe retr, & si tamen tutissima simūl via
incessurus appellationis beneficium haud negligere vo-
luerit, cum vt omni remedio haud excidat, si qua forte
superiori iudici non adesse videatur nullitas, tum vt pin-
guore

32 CAP. III. DE QVERELAE NULLITATIS

guiore etiam appellationis effectu, suspensio in primis,
haud destituatur.

§. LXI.

ut plurimum tamen in fraudem legis sit; Enimuero passim in consuetudinem, alteram adiutorum naturam, hoc degenerasse obseruatur, ut numquam fere appellant, nisi iuncta nullitatis querela; numquam de nullitate querantur, nisi iuncta appellatione. Quod si penitus consideraueris, ut plurimum haec latet anguis in herba, ut *in fraudem legis vel priuilegii*, vbi alterutrum solum dumtaxat locum haberet remedium, ideo utrumque cumuletur, ut unum, quod alteri deest, per indirectum supplere videatur.

§. LXII.

Veluti a) se appellatio, ubi locum non haberet, iungitur ob effectum suspensi- um; Sic vbi soli locus esset querelae nullitatis, veluti in causa criminali, aliasue per legem seu priuilegium ab omni appellatione exemta, lubenter super nullitate *appellant* simul ad obtainendum effectum, qui appellationi, non querelae nullitatis conuenit, suspensuum, atque reuocandorum attentatorum, si iudex non attenta quærela nullitatis in procedendo seu iudicando pergere voluerit.

b) si nullitas dicit causa iungitur ad eludendam non deuelutionem seu desertio- nem.

§. LXIII.

Contra vbi nulla reapse nullitas, vix grauamen, adeoque ad summum soli locus foret appellationis; nihil reliqui agunt, quam ut *qualemcumque nullitatis speciem adripiant, modo ut cumulare appellationi querelam nullitatis possint*, non tam spe fore, ut ceu nullum casse-

cassetur, quod impugnant, iudicatum, quam hac folum mente, ut eludent, si qua obliterit, non deuolutionem caussae, veluti si ob naturam caussae criminalis, mercantilis, politicae, ete. vel si ob defectum summae appellabilis aliusue priuilegii de non appellando articuli, immo si ob neglecta etiam formalia & fatalia nullitatis quidem querela, non autem appellatio institui potuisset.

§. LXIV.

Ea autem omnia vti manifeste in fraudem legis vel priuilegii de non appellando vergunt; ita recte iis omni modo cauebit *iudex superior*, nec eiusmodi aduocatorum argutiis religionem suam circumueniri patietur. Id quod nulla ratione satius fieri poterit, quam si quotuis casu, quo appellatio cum querela nullitatis coniungitur, probe circumspiciat, vtrum reuera alterutri etiam soli locus fuerit, nec ne? Hoc enim casu manifeste fraudem subesse suspicari, immo generatim fere coniunctionem istam suspectam habere poterit.

§. LXV.

Quamprimum itaque iudex deprehendit, *querelae* ¹⁾ *cautur* ^{iudex aut appellationem,} *nullitatis* posse *locum dari*, sed *appellacioni* *naturam* *caussae* seu aliud quodecumque *legis* seu *priuilegii* *impedimentum* *obesse*; recte solam illam admittit, atque in primis nullo modo patitur, effectus *appellacionis* a *nullitatis* *effectibus* diuersos sic irrepere, veluti quod maxime circa *effectum* *suspensuum* & *reuocanda* *attentata* *occurrere* solet.

§. LXVI.

Sin iudex animaduerit, *appellari* quidem quale- ^{aut nullita-} *cumque* *demum* *ob grauamen* *potuisse*, sed *nullitatem* ^{ti} *querelam* *veram* *neutiquam* *esse*, quam *appellans* *hoc nomine* ^{haud atten-} *in-* ^{det;} *E* *siguire*

34 CAP. III. DE QUERELAE NVLLITATIS

signire adnititur; nil sane tam naturale est, quam ut repellatur statim a limine superioris iudicij talis appellans, qui nomine duntaxat & qualicumque ad summum specie nullitatis vtitur, solum ut ea, quae appellationi obfarent, veluti defectum eausiae luminaeque appellabilis &c. eludatur.

§. LXVII.

Nec enim obstat permissa coniunctio nullitatis sanabilis incidenter tractandae,

Nec, speramus, obiicies, per ipsas leges impetrari iudicariias semper & quandocumque licere appellationis coniunctionem cum querela nullitatis saltem incidenter tractanda. Hanc enim coniunctionem ambabus largimur manibus, sed si quidquam magis, ultra folium nonne nullitatis, inde petere volueris, quam manifeste a legum verbis sensu aberraueris.

§. LXVIII.

quippe quae plane idem cum appellatione remedium efficit, Nullitatem nempe, cuius querela ab appellatione ita differt, ut in causis etiam non appellilibus locum habeat, insanabilem nostrae leges volunt, ipsamque eius querelam non incidenter, sed principaliter tractandam. Sanabilem contra, quatin vocant, seu quae nobis reuera videtur nulla nullitas, voce quidem, non re, impugnari, eiusque querelam, solo nomine talem, incidenter cum appellatione tractari permittunt, sed unum idemque reuera remedium cum appellatione inde efficiunt, in formalibus, fatalibus, adeoque & in requisitis & effectibus unius plane eiusdemque indolis.

§. LXIX.

nec adeo singulares effectus fortiri potest. Si proinde nullitatem modo sanabilem dixeris, cuius querelam cum appellatione coniungis, incidenter cum hac tractandam; haec certe sola respicienda, sola saltem principalis, illa accessoria erit. Ergo in causa criminali, seu per priuilegium exenta, sive infra summa-

mam appellabilem, seu neglectis formalibus, fatalibus, omnino reiencia erit *appellatio*, atque cum ea incidenter tractanda nullitatis querela, appellationis modo accessoria.

§. LXX.

Quae quum ita sint, non solum a legitima iudicis ²⁾ Appellato superioris circumspectione hoc recte exspectatur, vt sua suadendum, sponte, quod vocant, ex officio occurrat fraudibus eiusmodi aduocatorum legibus & iustitiae contrariis; sed nec inique consuli poterit appellantis eiusmodi aduersario, si vel omnem mouerit lapidem, vt ne circumueniatur religio iudicis, quod vel optimo iudici, nisi Argi oculis semper munitus sit, contingere potest.

§. LXXI.

Etiamsi itaque non semper fieri queat, nec vbique ut documentum admittatur, vt directe quis contra eum, qui primum iudicem adit, supplices exhibeat libellos istius precibus ^{torum pro-} contrarios, veluti quod in summis imperii tribunalibus ^{cessuum ro-} ne impune quidem conceditur; tamen in iisdem hisce ^{get.} Augustis iudiciis aequitate duce haud immerito conniuetur supplicationibus pro documento denegatorum ^{pro-} cessuum. Quae quidem ita haud difficulti negotio a rerum peritis instrui possunt, vt praesertim tali in casu, ubi de fraudibus aduocatorum cauendis agitur, summa spes concipi queat fore, vt effectu haud destituantur.

§. LXXII.

Ipsi denique iudici inferiori cum ius negari nequit, ³⁾ Index a interueniendi suo nomine in foro superiori, vt ne suum quo recte sua in praeiudicium talis causa ad forum superius trahatur; quoque iura tum vel e re numquam non erit, vt hoc fiat, quo limites, ^{tuerit;} quibus aditus ad superius forum seu lege seu priuilegio circumscribuntur, larti teclii conseruentur. Nec, si qua


vmquam, certe in tali cauffa peccabit, si non attenta querela nullitatis eique modo in fraudem iuncta appellatione, in coepio tramite perrexerit, quandoquidem appellationi locum haud esse, nullitatis autem querelam effectu suspensiuo defitui conuictum se habebit.

§. LXXIII.

sigillatim etiam quod meretur, in modo insinuandi sunt, quae a iudice a quo iure ad modum insinuandi attinet.

Speciatim quoque, quod coronidis loco obseruari meritoque moneri possunt. Nimirum in cauffis appellationum, dum plenarii appellationis processus insinuantur, non opus censetur, vt iudici a quo fiat copia libelli grauaminum, quae soli appellato mittitur. In nullitatum cauffis omnino necesse est, vt libellus etiam iudici nullitatum incusato mittatur. Iam finge, iuncta vtraque & appellatione & nullitatum querela, omitti libelli grauaminum nullitatumque insinuationem, quod ad iudicem a quo attinet. Tunc, si quidem coniunctae sic nullitatis querelae vel ullam vim tribueris, nec adeo sanabilis, quam vocant, sed quae nihil operatur, nullitatis querelam intellexeris, omnino iudici succurret exceptio non rite factae insinuationis. Nec vel compareat necesse est, in primis quod ad praxin supremi iudicij camerae imperialis attinet, quum proclama, quod in casum rei contumacis alias ad parandam poenis contumaciae viam ibi decerni solet, in tali casu non possit non denegari.

* Legi hac de re meretur eximia commentatiuncula „vom Unterschiede inter processus appellationis & nullitatis incidenter tantum propositas, und inter citationem ad videndum deduci principaliter nullitates, so viel die Insinuation anbeteift, „ quam inseruit, cuius in rem iudiciorum imperii immortalis merita longaque deprehendebit posteritas, vir per ill. IO. VLR. L. B. de GRÄMER in den Weßlarischen Beiträgen part. I. p. 37. sq.




ULB Halle
001 549 545



3

sb



Pra. 18. num. 23.

1759, 5

**DISSE^TRAT^O IN AVGVRALIS
DE
QVERELAE NVLLITATIS
ET APPELLATIONIS
CONIVNCTIONE**

QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
POTENTISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
G E O R G I O II.
MAGNAE BRITANNIAE, FRANCIAE ET HIBERNIAE REGE,
FIDEI DEFENSORE,
DVCE BRVNSVICensi ET LVNEBVRGENSI
S. R. I. ARCHITHESAVRARIO ET ELECTORE

AVCTORITATE INCLYTI ORDINIS IVRIDICI
PRAESIDE
IOANNE STEPHANO PÜTTERO D.
CONSILIARIO REGIO AVLICO ET PROFESSORE
IVRIS PUBLICI ORDINARIO
PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE
HONORIBVS RITE CONSEQUENDIS
PVBLICAЕ DISQVISITIONI SVBMITTIT
PETER SIMON
HAMBVURGENSIS.

D. xxx. IVN. c16cc LVIll.

KENFRIED
UNIVERS.
ZVHALLE

GOTTINGAE
EX OFFICINA SCHVLZIANA. Curante F. A. ROSENBUSCH.